

Band IV., Nr. N131, Seite 429-430

Aufzeichnung, dass die Brüder Ulrich und Helwig von Essendorf dem Kloster Schussenried Besitzungen zu Ingerkingen, Altheim, Ingoldingen und Mochenwangen als Almosen übergeben haben.

Bad Schussenried, 1239.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Ex multis sancti ewangelii testimoniis colligimus, quod nil tantum hominum peccata delet, quam elemosina Christi fidelibus erogata. Eapropter cunctis hominibus tam futuris quam presentibus presentem paginam inspecturis insinuamus, quod duo fratres nobiles de Essendorf¹, quorum unus dicebatur Vlricus, alter vero Helwigus, fratribus de Sorech² celebrem elemosinam tradiderunt. Prius itaque Vlricus duas nobis curias tribuit unam sitam in Ingerichingen alteram in Althain, quatenus omni sexta feria statuta prebenda panis et vini singulis fratribus perpetue conferatur. Idem Vl(ricus) sex libras argenti nobis dedit, ut patris sui anniversarium perpetuo celebremus. Idem Vl(ricus) aliam curiam nobis tribuit sitam in Ingerichingen, quatenus uxoris sue Iudinte, que in Vmmendorf sepulta est, anniversarium perpet^{im} celebremus. Idem Vl(ricus) aliud prediolum situm in Ingeltingen nobis contulit, ut uxoris sue Richencze, que in capitulo nostro sepulta est, anniversarium similiter celebremus. Deinde secundus frater qui vocabatur Helwigus contulit nobis, quatenus nobis prebenda panis et vini supradicta^a similiter omnibus quartis feriis perpetuo conferatur. Idem Helwigus contulit nobis molendinum in Mochenwanck, ut patris sui anniversarium per annos singulos celebremus. Cuius proprietate[m] dedit nobis dominus de Hurwellum. Testes sunt Vl. prepositus Augiensis³ et Alberchtus de Walpurg canonicus ibidem.

 Acta sunt autem hec anno domini M^o. CC^o. XXX^[o]. VIII^o., in ecclesia Sorech presentibus Vl. Augiensi preposito, C. eiusdem cenobii preposito atque eius conventus collegio universo.

Aus dem sog. Kettenbüchlein des Klosters Schussenried, S. 11, einem im 14. Jahrhundert auf Papier geschriebenen, an einer Kette befindlichen Diplomatar.

^aIn der Vorlage verschrieben *supradicte*.

¹Ober- und Unteressendorf.

²(Bad) Schussenried.

³Weißenuau.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 230 (sog. Kettenbüchlein), S. 11

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Bad Schussenried

Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (17044)
 Altheim, BC
 Bad Schussenried
Wohnplatz (17071)
 Bad Schussenried, BC
 Hürbel Wohn-
platz (17780)
 Hürbel, Gutenzell-Hürbel, BC
 Ingerkingen
Wohnplatz (17768)
 Ingerkingen, Schemmerhofen, BC
 Ingol-
dingen Wohnplatz (17292)
 Ingoldingen, BC
 Mochenwangen
Wohnplatz (20657)
 Mochenwangen, Wolpertswende, RV
 Ober-
essendorf Wohnplatz (17221)
 Oberessendorf, Eberhardzell, BC

Ummendorf Wohnplatz (17704)
 Ummendorf, BC
 Unter-
essendorf Wohnplatz (17279)
 Unteressendorf, Hochdorf, BC

Waldburg Wohnplatz (20306)
 Waldburg, RV
 Weißenau Wohn-
platz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV